

PARAPHERNA VOTIVA  
VIRO  
Spectabili atque Prudentissimo,  
**D.N. JOHANNI**  
**ZERNEKIO,**

Scabino Suburbano & Mercatori  
in Civitate Regia Thorun.  
florentissimo,

Feliciter Nuptias ineunti

cum

VIRGINE

Omnibus elegantiss ac virtutibus probe exulta,

**ANNA ELISABE-**  
**THA,**

VIRI

NOBILISSIMI atq; AMPLISSIMI,

**DN. JOHANNIS NOGGEN.**

Consulis Thorun, ac Camerarii gravissimi,

FILIA natu minima,

ipsa nuptiarum festivitate,

d. x. Septembr. An. CIC 10CC IX.

oblata,

ab

RECT. PROF. & VISITAT.

Gymnas. Thor.

---

THORUNII,

Impressit JOANNES LUD. NICOLAI, NOB. SENATUS ET GYMNAS.]  
TYPOGRAPHUS.

Dab. K. fol. 3, 427.

**C**ONITOV A M I T R I A  
PARAPHRASIS  
Ejaverem dies, quae summi gratia Jovae,  
Deflendo luctu funeribusque graves.

Tandem venerunt nostris cedentia votis

Tempora, quae pellunt flebile mentis onus.

In primis, NOGGI, patriæ decus usque probatum,

Infestas fatum iam posuisse minas

Cernitur, auspicio Tibi fausto larga reducens

Perduraturæ semina laetitiæ.

Funesta que faces abeunt & mortis imago,

Succedunt taedae, nuncia laeta boni.

Nam proba coniugio benefilia nupta locatur

Conspicuo multa iam pietate viro.

Alter is est, idemque prior Zerneckius, ante

Affinis gratus, nunc probus ipse gener.

Iunxit amor binis uno de sanguine natas

Fratribus, & iustum iussit adire torum.

Exemplum sequitur fratri laudabile frater,

In sequitur fratrem fratri & omne bonum.

Naturae inversas leges correxit, & ignes

Nunc, quos vitavit, coniugii subiit

Sponsus, & innocuo felix indulxit amori,

Et suaves somnos iungere complacuit.

O felix genro sacer, & socero gener, & Tu

Quae virtute refers filia pulchra Patrem,

Fidi sic poteris semper gaudere mariti.

Dicite Pierides: Omnia fausta sient!

M. P. JAENICHIUS, RECT.

**Q**UOD fuerat summi nitidissima Patris **imago**,  
Adam primus homo, ait impar dominarier **orbi**  
Solus erat, socio ni vincetus amore fuisset;  
Hoc Pater ætherius divino lumine videt,  
Ex Costaque Viri præstantis condidit Evam,  
Dicens, unanimi sitis duo corpora mente,  
Felices, salvi vivatis tempus in omne,  
Crescite, terrestrem soboles bona compleat orbem,  
Et Vobis tellus constanter serviat omnis.

Tale genus vitæ Tibi fata secunda ministrant,  
*Sponsæ dicate DEO*, consors Tibi *Sponsa* venusta,  
Corporis ac animi præclaris dotibus aucta  
Traditur in thalamos, de qua Tibi gratulor amplè,  
Atque tuis tædis nunc & post prospera dico.  
Acceleret Vobis benedictio diva quadrigis,  
Donec erit Vobis ambobus vita superstes.  
Sentiat esse virum conjux, titulisque Parentum  
Illustret foecunda domum sic vita duorum,  
Istaque jucundo decurrat tramite semper.

*Ita applaudit auspiciatissimis nuptiis Spectab. Dni.  
Sponsi & Nobil. Sponsæ.*

M. MARTINUS Böhm.

---

*Sat citò, si sat bene.*

**C**ommuniter verissimeque dicitur:  
*Satis citò, bene si sat.* Evidem perpetim  
Pro fine quælibet actio bonum: + +

Istud-

Istudque dum quis natus est, satis citò  
Egisse censetur, suam quòd rem bene  
Gessit. Meretur illa laudes actio,  
Quam finis ex voto coronat optimus;  
Non illa, quæ solummodo coepit bene,  
Et prospero spem præter eventu caret.  
Proverbio dictisque nostris si fides  
Negetur, exemplo tamen Zernekii  
Habebitur novissimo: qui nuptias  
Seró quidem videtur apparare; sed  
Si quispiam perpendat, aptius nihil  
Quòd vinculo hoc sit conjugali; liberé  
Fatebitur, nuptam esse Sponsam sat citò  
Satque bene Sponso, ætate dispari quidem,  
Sed gente, pergratisque moribus pari.  
Celeber utriusque Consularis ortus est;  
Utrique par pietas & affluentia  
Opum, domesticæque cura par rei.  
Utrique cordi est utilis concordia;  
Damnosa sed neutri placet discordia.  
Et ista, quæ Sponsis inest æqualitas  
Gentis probatarumque consuetudinum  
Spondere conjugium potest valde bonum:  
Quod ut bonum manere concedat Deus  
Usque ad beatum terminum vitæ, precor.

M. MARTINUS BERTLEFFIUS, P. P.

beffii

• 59 •

113621